



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

IX. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Ioanni Nicolao Aptæ Iuliae Episcopo
S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

ego sum, magis idoneos. Quamobrem hac tibi mente & ro-
 rate mea satis exposita, redeundum mihi ad id est, quod
 mnum longè difficillimum: quo pacto tibi agam gratias. Qu-
 si aut tua non tam ampla auctoritas, aut merita erga me meo-
 eria saltem forent, conarer aliquid profectò, & aliquam parte
 gratiæ exequi me posse considerem. Sed cum & amplitudo
 dignitatis, & benignitas in me tua omnem meam agendi lo-
 quendiq; facultatem longè superet: peto a te, vt meam amorem
 erga te, & fidem & pietatem, que nunquam posthac à tu
 venerandi nominis assiduo cultu, incredibiliq; obseruantia
 futura est, pro aliqua parte gratiæ recipias. Quod si ea studi-
 quibus quotidie versor, aliquid fortè aliquando habebunt am-
 nitatis: dabo operam profectò, vt quantum tuum preclan-
 mum nomen meis ipsi scriptis multò plus luminis alleu-
 sit, quam ipsi mea scripta, meum tamen de te, tuisq; prestanti-
 nis virtutibus iudicium apud posteros appareat. Quod non id-
 scribo, quòd magnam tibi rem polliceri mihi videar: sed quòd
 magnam meam erga te intelligas esse voluntatem. Vale Ce-
 pentoracti, V. Idus Iulij, M. D. XXXIII.

IX.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT. IO
 anni Nicolao Apti Iulie Episcopo S. P. D.

Vellem tantum dari mihi ad scribendum facultatis, vt ex-
 mere possem eam, quam concepi animo incredibilem
 titiam, postquam audivi tua, & ceterorum Episcoporum, qui
 istic sedes & domicilia habetis, opera, autore & principe amplis-
 simo legato, factum esse, vt diuinum illud Pauli epistolarum vo-
 lumen publicè explanaretur: vosque vnà cum aliis multis, &
 grantes studio sacrarum lectionum, in illud adiutorium contem-
 niretis frequentes. Certè enim si Christianus sum, charamque
 imprimis habeo omnipotentis Dei gloriam (quemadmodum
 quidem habeo vita ipsa mea longè chariorem) hoc nomine ma-
 ximè letet necesse est. Non enim alia te magis illa illustratur, ne-
 que ipsius Dei maiestas, infinita que bonitas melius ostenditur,
 quam cum illius beneficia erga nos memorantur: plurima illa
 quidem passim & maxima, que omni humano generi ab eo tribu-
 ta sunt. Sed quod ad fidem Christi, & ad adoptionem nostram
 in genus summi Dei pertinet, qua nos tanquam filij in heredita-
 tem regni celestis vocati sumus, tale atque tantum, vt vix huma-
 na vlla cogitatione magnitudo illius beneficij possit concipi, cuius
 in vno Paulo sunt explicata mysteria: si verò legati sumus vni
 laudi fauco, eiusque dignitatem cupio esse quam amplissimam.

fieri profecto omni cum benevolentia facio: quid illo dignius?
 quid honori, nobilitati, nominique eius convenientius, quam au-
 ctorem esse tanti boni suis populis: suamque tantam & tam bene-
 ficam in omnibus hominibus ostendere voluntatem: ut quos patro-
 cinio regit, consilio gubernat, imperio & autoritate in pace &
 officio continet, eos etiam studeat non solum terrenis bonis, ve-
 rum etiam celestibus florentes sua opera fieri, ac beatos? Ma-
 gna ista laus, & principe magno digna. Hoc ille nimirum suo
 factio, hac providentia, hoc insigni præstantique beneficio pla-
 ne aperit animi sui naturæque magnificentiam: & dignissimū
 se demonstrat, in quem tam multa dona sunt ornamentaq; for-
 titate a Deo hominibusq; collata. Teverò, mi optime & iucun-
 dissime Nicolae, quibus efferam laudibus? cuperem de te o-
 mnia proficere que sentio. Noui tuam bonitatem, iustitiam, in-
 tegerentem, sensus tuos noui plenissimos pietatis, animū quoq;
 eripit semper deditum & artibus & literis, quod sepe miratus
 sum. Atq; eo magis, quod te ex maximis curis & occupationibus,
 quibus dilinebare, aliquid semper videbam furtipientem tem-
 poris, quod veteribus studiis impartires. Cuperem, inquam,
 hanc de te loqui, & enucleatius commemorare omnia. Sed vincit
 tua raris studium meum, neq; est nostra tuis laudibus facultas
 villo pacto par. Veruntamen etsi tu neq; nunc primum, nec vn-
 quam mediocriter, sed diu antè totus in optimis studiis fuisti: hoc
 tamen recente tuo facto, quod summi doctoris & præconis ma-
 gis Dei lectionem prouehere, atque illustrare pro tua parte co-
 nitus es, sic me tibi detinixisti, ut in veteri nostra mutuaq; bene-
 uolentia, meus in te amor quasi nouo igni inflammator fa-
 ctus esse videatur. Itaque cum te magis magisque quotidie amo-
 rem vero fratres illos nostros, qui tibi honore pares, me autem
 ipso omni dignitate superiores multo sunt, & colo nunc demum
 & veteros, quantum equidem possum, non quantum illi meriti
 fuerit qui tecum in tam præclari operis societate consenserunt:
 cui ea que se digna sunt & fouent, & sequeantur. Ex quibus ipsi
 quæcum in animo suo letitiæ ac veræ voluptatis, quantum a-
 pud homines bonæ existimationis comparatū sunt, ipsa re, si
 petierint, experientur. Vrbi etiam isti Auentonenſi gra-
 tulari in qua si hæc vigere studia, & germinare incipient, tan-
 torum præclarior adiuta autoritate virorum: maximum illi ciui-
 tati non modò ornamentum, sed etiam commodum accessurū
 est. Appetitur enim animis ingenius, & altius quàm pro vulgi
 corpora sese attollentibus, via, qua non è terra se natos neque in
 terram verſos esse intelligant, sed cœli dominos sese & celestium
 rerum moueantur. Non in litibus conterant vires: sed ipsi ca-
 rorum litibus & controuersus apponant modum. Non igna-

ruis, & abiectis, & vilibus curis, sollicitudinibusque rerum
 opum terrenarum tantopere deprimantur: quae homines
 gunt sui obliuisci, & à seipso deficere, atque in turpem qua-
 dam & penè monstruosam degenerare naturam: sed celsi, &
 recti, ac veris diuitiis opibusque fidentes, incolumen statu
 retineant dignitatis suae. Atque haec ego confirmo hominum
 naturis & animis agnasci ex his literis, & ex hac tanti doctorum
 lectione preclara. Non de ieiuniis, nec de vigiliis, aut assidu-
 tate orandi, aut paupertate profitenda nunc loquor: haec enim
 quanquam sancta sunt, & coeleste praeuium promerentur: ta-
 men in alio quodam virtutis genere sunt spectanda. De illa mihi
 dico, quae posita in honoribus, referta diuitiis, in magnitudi-
 bus collocata, animum secum assert ad ista omnia longè plu-
 riu & propriis bonis, quam his, quae sunt fortuna dona con-
 dentem: quae in negotiis & conuentibus hominum, in aula
 in conuiujs, in omni sermone & familiaritate conuiuendi, in
 voluptatem & laticiam consecratur: ut à decore quodam suo
 & specie praestantis viri non discedat: plena illa semper gra-
 diae ac iucunditatis: nihil unquam ferè molestiae in se ac per-
 bationis admittens: cum hi, qui terrenis istis cupiditatibus im-
 piumtur, & omnia in pecunia posita putant, nunquam verè, nec
 ex animo letentur: sed habeant vitam sollicitudinibus, ser-
 pulis, auiditate, poenitentiaque perpetuò infestam. Ad haec
 tanta commoda, atque bona, quando inspirante summo Deo,
 maximi & clarissimi legati nostri sapientia ac liberalitate, vo-
 bis illius exemplum auctoritatemque sequentibus, aditus iam
 ista ciuitate patefactus est: & gratia à nobis Deo agenda sunt, &
 ipse multum seduloque orandus, ut nobis omnibus, quibus haec
 legati prouidentia ac benignitas vbertimos fructus verissimè
 honorum allatura est, felix & faustum hoc principium facere
 dignetur: ut bonis initiis meliores quotidie succedant exitus,
 & quae bene incepta sunt, studiosius perficiantur. Sperandum
 enim est, hoc egregio opere perfecto, & coelestis doctrinae le-
 ctione inducta ac confirmata, adiecturum animum eundem
 psum legatum ad hanc tollendam confusionem, quae in admi-
 strando iure nullum ferè iam vestigium veritati ac iustitiae re-
 liquum fecit: ut non sedandarum discordiarum causa, & ut in
 suum vnicuique tribuatur: sed malitiae, perfidiae, auaritiaque ex-
 ercenda gratia in forum atque usum adducta videatur. Ex qua
 magna cum clade detrimentoque multorum, neque hominum
 solum, verum etiam populorum, certum quoddam genus vnum
 depascitur, quod est ad aliorum consumendos labores praua
 iam consuetudine inueteratum. Hoc restat adhuc, hoc in ex-
 pectatione est, quod ab optimi praesidis prudentia ac virtute po-
 stule-

huius est muneris functio, & administratio reliqua: in
 qua tractanda, ordineque consurgenda, quantum illi laudis ab
 omnium sermonibus peruenturum & commendationis sit, ex
 finitimo provinciali exemplo possumus intelligere. Atque ego,
 qui amplissimi legati honorem & dignitatem praecipue expeto,
 ipsi quoque incredibili amore obferantiaque complector, non
 solum quietum animum habiturus, donec eum videro hanc sibi es-
 sam suadem, hoc apud homines clarum & celebre nomen com-
 parare: praefertim cum si ipse tantae adipiscendae gloriae occasio-
 nem praetermiserit, alius qui successerit (ita enim credibile est)
 libenter eam sit arrepturus. Quid ergo est? non omnes omnia fa-
 cietus, ut is, quem maxime amamus, hac potissimum fama, hoc
 honore potiarur? qui nostra omnia ad eum colendum contuli-
 mus, non hoc illi imprimis proponemus, in quo ipse suscipiendo
 suam longe adaugeat dignitatem, in ore omnium & laudibus
 cum admiratione veretur, illustre testimonium praebeat suae exi-
 miae virtutis & bonitatis, memoriam nominis sui cum aeterna be-
 nivolentia cunctorum in omnium animis relinquat? Quid ipse
 feret? alium potius, quam se, in huius boni possessionem acce-
 dere? autem tantum ingenium, tanta nobilitas, tanta virtus, a-
 hos sibi occupare hanc gloriam? & in tam praedara actione, qua
 ipse tenuerit maiores sese illo, & animi praestantioris ostendere?
 Non est ita existimandum. Equidem quod ad me attinet, cum il-
 lum conuenero, omnibus precibus obrestationibusque adnitur,
 ut se ipse de hac curam, sua nobilitate prudentiaque digni-
 ficet. Ceterum tu optime Nicolae, qui cum illo assiduus es,
 cuius ille fide & opera plurimum vitur, & amoris integritati
 maxime credit, (in quo quidem nil fallitur) enterit quae so, con-
 tencle, elabora, ut communem patronum nostrum, ad caetera
 plurima maximaque ornamenta, quib. a Deo insignis factus est,
 huius quoque facti clarissimi & praestantissimi, gloria videamus
 participet. Sed ego fortasse verbosior sum, quam opus sit. Id tu
 multaque velim, & sic existimes, ab initio tantum voluisse
 gratulari, cum gaudium, quod ex lectione Paulina in honore pu-
 blicae adfecta conceperam, continere non possem. Postea verò
 ad illa haec scribenda amore, quo legatum, & hoc simul popu-
 los prosequor, fuisse prouectum. In quo si quid à me peccatum
 est, est humanitatis, & erga me beneuolentia, in bonam par-
 tem accipere, atque errori meo veniam dare. Ego in te amando
 colendoque augebo potius semper, quam unquam dimi-
 nuam studium meum. Vale, & nos, quod facis,
 dilige. Carpentor. VII. Cal. Iul.

M.D.XXXI.